



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini Origines ac
Progressus, Per Italiam, Hispaniam, Galliam, Germaniam,
Belgium, aliasque orbis Christiani prouincias**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Capvt LXV. Rorense Monasterium, Germanicè Ror.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11321

stain & Neuburg: vt ex sequenti diplomate
 liquet. In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis.
 Notum sit omnibus Christi fidelibus, tam futuris
 quam presentibus, quod ego Sigeboto Dei gratia
 aliquando Comes, in honorem Domini Iesu Christi
 eiusq; perpetuæ Virginis Matris Mariæ, nec non
 Omnium Sanctorum pro remedio animæ meæ, &
 quondam coniugis meæ Adhaid, nostrorumq; fi-
 liorum Sigepothonis & Gertrudis, omniumq; pa-
 rentum nostrorum, partim hereditatis meæ, con-
 cedentibus nostris propinquis, ad construendam
 in honorem Principum Apostolorum Petri & Pau-
 li vinariam cellam contradidi, in qua, Deo opi-
 tulante Canonicos, sub regula Beati Augustini
 communem vitam profitentibus locare disposui.
 Singula autem ad subleuandam necessitatem eo-
 rum delegata in charta presenti subscripsi, &
 rata testium adstipulatione infra positorum cor-
 roboravi.

CAPVT LXV.

RORENSE MONASTERIVM, GER-
 manicè Ror.

Monasterium istud inferioris Bauariæ,
 non procul à *Laber* fluuio in vico e-
 iusdem nominis situm, ordinis Canonico-
 rum regularium S. Augustini, seu fundatur à
Magno, filio *Rudperti*, nepote *Babonis* Comi-
 tis *Abensbergensis*, cum vxore *Irmegar-*
da ac filio *Alberto*, dictis de Ror anno

L 2

Domi-

1133. Domini 1133. in honorem B. Mariæ Virginis. Idem Albertus de Ror pauper Christi factus, communem vitam ibidem duxit, sepultus in choro ante summum altare.

CAPVT LXVI.

S. GEORGII COENOBIVM, IN
vrbe Augustana.

S Georgij monasterium, quod est intra muros vrbs Augustanæ, ordinis Canonicorum regularium S. Augustini, 1135. fundatum, legitur anno Christi 1135. absolutum verò anno 1142. à *VValthero* Comite Palatino, Tubingensi, & Episcopo Augustano, eiusque Canonicis in honorem S. Georgij Martyris: vt tradit Bruschius in Chronologia monasteriorum Germaniæ.

CAPVT LXVII.

S. THEODORI COENOBIVM,
Virginum, in vrbe Bamber-
gensis.

S Theodori cœnobium præpotens Bambergense, quod incolæ vrbs corrupta & abbreviata voce *sand Oders* vocant, nobilium puellarum perpetuæ virginitatis voto astrictarum, inchoatum est primum *Michelsfeldi* in Sancti Nicolai colle (vrbe hodie adhuc